



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita  
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë  
Comitis, Breviarivm**

**Bidermann, Jakob**

**Fribvrgi Brisgoiae, 1663**

Quies in meditando. 70

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44891**

rum, merita fuerunt, vt vniuer-  
si me hodie mori cogatis ingra-  
tum.

LXX. *Quies in meditando.*

**A**B hoc colloquio fessus An-  
tonius volenti sibi facturos,  
ostendit; si paullisper egressi,  
capere se quietis aliquid pate-  
rentur. At quietem ille non eam  
intelligebat, quam de sopore ce-  
teri interpretabantur. Nam ex-  
templò, vt solum esse se vidit, ad  
meditationem caelestium gau-  
diorum diuertit; atque illa vo-  
luptatemersus, sensum ab irru-  
enti dolore immunem aliquan-  
diù seruauit; donec appetente  
crepusculo, morbus pertinax in-  
ualuit; Quare Patrum alij ex a-  
lijs, deinceps subiere; qui partiri  
inter se vigilias, ad omnes euen-  
tus, præstò in statione essent;

**G** Horum



Horum aspectu leniri dolores suos arbitratus, noctem cum ijs totam, partim in diurnis laudibus, partim in votis piacularibus, exegit. Tum vt appareret, quid vsu recepta consuetudo, etiam vltimo tempore apud quæque posset: ipse ægrè iam animam trahens, desiderabat sibi concedi, vt quod vicens valensque sueuerat, colaphis liceret ora malâsque ad vlciscenda eius diei delicta percutere; vehementi, sed irritò voto: quod in ægro, cùm etiam negaretur, debuit laudari.

*LXXI. Vicissitudo valetudinis.*

**A**ccidit deinde, vt pauca quedam liquoris guttæ (credo gargarizanti) per fauces illaberentur; Id animum ægri confestim angebat; quod meminisset, inter-

inter  
haur  
sus, p  
adm  
Pate  
Ille  
stud  
uit,  
cogi  
hunc  
auro  
cùm  
bus  
exp  
do p  
iteru  
ficer  
rea p  
se vi  
tern  
long  
na, c